

Præterea, quis potuit dicere, aut cogitare, quod substantia panis sub colore latens, & sub accidentibus, sic vinum transubstantientur in corpus humanum, viuum, & in corruptibile: Nullus potuit hoc dicere, nec cogitare. At in sacra scriptura dicitur à Christo, ergo Christus Deus, ergo ex ijs Deus intelligitur.

Præterea, quis potuit dicere aut cogitare, quod mundum creauerit, & Tempus? Nullus præsentium quia esset stultus, ergo qui dixit hoc fuit Architectus infinitus: At huiusmodi: est Deus, ergo ex ijs operibus scripturis, & signis Deum esse ostendere possumus. Maneat, ergo Apostoli propositio constans, & firma, quod Inuisibilia Dei per ea, quæ facta sunt intellecta à creatura mundi, conspiciuntur.

Obseruo d. Inuisibilia Dei. } D. Inuisibilia quia per creaturas cognoscimus unitatem: Trinitatem: & attributa Dei Optimi Maximi.

D. Creatura mundi simpliciter, quia intelligit hominem qui est vere sola creatura. Quia omnes creature sunt imperfectæ. Sunt diminutæ, sunt ad ipsum hominem productæ. In homine sunt omnes gradus creature completiue. Creatura completa debet habere.

Esse. } Intelligere. } Beatificari. } Omnes creature deficiunt in multis, aliæ in aliquibus, Viuere. } Assimilari & } Et Regnare. } solus homo habet omnes gradus. Nam lapides habent esse sed carent vita. Sentire. } Vniri. } Et perpetuare. }

Plantæ habent esse, & viuere sed carent sensu.

Animalia habent esse, viuere, & sentire, sed carent intellectu.

Angeli habent esse, viuere, sentire, intelligere, Beatitudinem, Regnum Cælorum, & perennitatem, tamen carent vnione diuinitatis, Quoniam Deus non assumpsit Angelum: At homo habet omnes gradus.

Essendi, Viuendi, Sentiendi, Intelligendi, Beatitudinis, Regni Cælorum, perpetuitatem, & super hos habet illum gradum omnis gradus, à quo omnis creatura nempe quod Deus vnitur per incarnationem. Iure merito igitur dici debet Creatura vnica, & prima. Hæc quo ad magistrum. Modo adduco quedam pugnantia ex Michael Nostro Bononiensi, quod per creaturas non possumus Deum cognoscere.

ARGUMENTA CONTRA PRÆDICTA.

Arg. 1. Medium ad cognitionem alicuius obiecti assimilatur ipsi obiecto.

At inter Deum cognitum, & medium in cognitionem ducens non est similitudo. Quia creatura limitata, & finita: Deus infinitus, ergo non est proportio, ergo nec cognitio.

Hoc confirmatur ab Aristo. 2. de Anima t. comm. 89. & 123. vbi d. quod requiritur proportio inter obiectum, & potentiam. Ideo excellens sensibile destruit sensum.

Præterea. Quod in via cognoscitur ab intellectu est primum Phantasiabile, sed Deus non est Phantasiabilis, ergo nec cognoscibilis.

Maior est Philosophi 3. de Anima. Vbi loquens de intellectu coniuncto, & non abstracto d. quod non intelligit nisi per abstractionem phantasmatum. Ideo inquit. Vni se habent sensilia, ad sensum, ita phantasiabilia, ad intellectum, sed sensus nil percipit sine sensili sic intellectus nil fit sine phantasia.

At Deus non est phantasiabilis quia non est sensibilis, ergo. Non potest cognosci, ergo nec per effectum, quia effectus non adæquat Dei essentiam.

Præterea. Inter cognitum, & potentiam cognoscentem est vnio, & fit magis vnium, quam inter materiam, & formam dicit Philosophus. At Deus non potest esse in intellectu nostro quia dicitur esse infinitus: Intellectus autem finitus: finitum non capit infinitum.

Præterea. Quod intelligitur informat potentiam intelligentem. At Deus non informat intellectum, ergo non intelligitur. Probo minorem. In formare aliquid stat trisariam.

Per essentiam. } At Deus non informat intellectum nostrum per essentiam, quia non est forma, nec materia Intellectus. Per similitudinem. } Non informat per similitudinem, quia nulla potest fieri abstractio cum sit summa spiritualitas. Per habitum. }

Sapientie. 14.

Non informat per habitum, quoniam habitus intellectus sunt phantasmata Deus caret hiis, ergo.

Præterea. dicitur Dionysius. Deus nec dici, nec intelligi potest. Hinc dicit Salomon. Creaturæ factæ sunt in deceptionem hominum, & in nebulam pedibus insipientium. Creaturæ sunt vestigium, sunt umbra, ergo non ad cognitionem.

SOLVTIONES.

Similitudo duplex.

Ad 1. Non est similitudo inter medium, & obiectum. R. esp. Similitudo est duplex.

Altera essentialis, & } 1. Similitudo essentialis non est in Deo: Tamen dicitur esse similitudo Imitationis, & representationis. Quia sicuti Deus est omnia actu: Ita anima est omnia potestate, potest omnia fieri. Secundo Est Imago Dei.

Representationis. } 2. Cognitio duplex. Altera comprehensionis. Altera apprehensionis. Prima cognoscit totum esse rei, & hoc modo non est in Homine, secundo modo apprehendit rem ipsam non quo ad quidditatem, & omnia prædicata, sed quo ad quæ est, & ad prædicata quædam.

3. Proportio duplex. Altera æquiparantie, & æqualitatis, & hæc non est in homine. Altera attingentiæ & est in homine, hoc modo cognoscit Deum. Hoc modo tollitur secundum argumentum.

Ad 3. Deus caret phantasmate, ergo. R. esp. quod cognitio pro nunc est triplex.

Cognitio triplex.

Intuitiua. } Intuitiua respicit obiectum nude, & aperte. } Abstractiua representat in te, quod est extra se.

Conseruatiua. } Conseruatiua respicit obiectum à longe, & absens, } quod est extra se.

Abstractiua vel. } nam cognoscit in tenebris lucē, & rosam non existentem, quia speciem conseruauit. } Aliena respicit obiectum representans, communicans speciem suā. Exē. dicitur quod quis cognoscit sensibilibiter inimicitiam lupi, non per speciem inimicitie, sed per speciem lupi.

1. Cognitio intuitiua non est in viatore quia non potest Deus in via aperte videri.

2. Cognitio conseruatiua pariter non potest esse, quia Deus nullam speciem mittit ex sua essentia cum sit Spiritualiior omni specie.

3. Cognitio potest esse in viatore. Nam per speciem creaturæ bonæ per participationem transit ad bonam essentiam. O æquare debet effectus causam. At creatura non æquatur Deo. R. nec tota rei quidditatem agnoscit.

Ad 4. Est